Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31301
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

degradacionem quia deus non iudicat
in id ipsum licet autem in aliquibus
canonibus inveniatur quod clerici
malefactores incorrigibiles tra=
dendi sunt curie Non tamen inte=
lligendum est quod statim exponantur ad
mortem sed tradendi sunt id est dimit=
tendi ut postea zelus aliquod di=
gnum morte commiserint et patro=
cinium ecclesie non subveniat eis
Et sicut laici puniantur nec incid=
unt principes in canonem late sen-
tencie si post degradatos clericos in malefi=
cio deprehensos occidunt Item lici=
tum est laicis sua in iudicio a rap=
toribus petere et eos ad mortem ac=
cusare et hoc si malefici sunt et ho=
micide dummodo hoc faciat zelo
iusticie et non libidine vindicte cl=
ericis autem ut supra est omnino est pro=
hibitum Sequitur item

Quando homicidium
sit licitum iam est dicendum

Hiis itaque de primo genere homici=
dii explicatis ad secundum homicidium
attendendum est cum eciam multa
homicidia meritoria adiuncta sunt
sicut inferius patebit In primo
autem videtur homicidium esse licitum
cum quis intencione proprii corpo=
ris alium occidit Item quia licitum
est unicuique proprium corpus tueri
Racionis est quod de iure naturali vim
vi repellere incontinenti cum mode=
ramine inculpate tutele omnes leges
et omnia iura permittunt In hiis autem
verbis diligenter attendendum
est sacerdoti ad est vim vi rep=
ellere Aliud est necessitatem occidendi
evadere aliud est flagranti malefi=
cio resistere Aliud elapso tempore pro=
dicium insurgere et aliud est causa so=
la que ad defensionem spectat agere
quam inconsulte Prima iram et vindi=
ctam plus mali quam necesse esset in=
fligere Unde necesse esset sacerdoti=
bus ut diligenter inquirerent ab
eis qui dicunt esse defendendo

alios occidisse vel lesisse et quod
vim vi repulerint Si enim per fu=
gam evadere potuit et occidit
homicida sunt Item si inimicus ac=
cessit ad eum fuste vel pugno
tantum et alter percussit cum gladio non
fuit inculpata tutela quia nich=
il agere debuit nisi ut se defen=
deret Si percussor dat alapam in ma=
xillam et percussus ingerit secundum
percussuram Preterea qui prius accep=
ta iniuria repercutit cum aliter eva=
dere posset constat quod iram et vindi=
ctam insurgit et iratus de iniuria
inflammatur ad nocendum ex vindicta
cum hoc prohibitum sit a domino dicen=
te da michi vindictam et ego re=
tribuam Sequitur item

An liceat prelato
ut religioso se de=
fendere cum homicidium

Queritur autem si maleficus irru=
at in prelatum vel in clericum vel in
religiosum conversum utrum li=
ceat ei proprium corpus tueri et si
aliter evadere non possit occidere cum
dicat dominus in ewangelio Si percusserit
te ad unam maxillam prebe ei et aliam
Ex quo videtur quod nullus religiosus
debet resistere Et a quolibet occid=
atur malefactori quod durum est dicere
cum apostolus per celerum tribunum mili=
ciam armatam expeciit et ad cor=
poris sui tuicionem habuit Unde si nullo
conductu conflictus fuisset fortis
et invasores a tutoribus occisi cr=
edendum est Beatum Paulum immu=
nem fuisse ab homicidio quia nul=
lo modo milites ad sui tuicionem dix=
isset In hoc autem casu credimus
quod si quis in virum religiosum irr=
uat ut eum occidat vel eius bona
diripiat licitum est vim vi rep=
ellere flagrante flagicio cum modera=
mine inculpate tutele Non enim
debet sustinere ut a latronibus occi=
datur quamdiu se tueri possit
quia habent legem naturalem